Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

, 458.

ex Episcopo Bosnensi ao 1241 Magister Ord: Dominican: gntis fato functus est ao 1257: / Liceat addere eundem esse Authorem Summæ Confessionum, de qua diximus in Cod. XXV.

Cod: CXCII.

Chartac: Fol: saec: 15. 2 3.5.

1.

Alberti M: Biblia Mariana.

1a-298

Alberti M. Biblia Mariana, in quibus omnia fere, quæ in Sacris libris continentur, B. V. Mariæ / superstitiose diceris, an ingeniose?: / adaptantur. Initium operis est: "In principio creavit Deus Genes. 1o- / celum empyreum per quod intelligitur domina mundi virgo maria" Cuivis capiti, tulo præmittitur Syllabus allegorianum in eo contentarum, v: g: Maria cœlum, Maria lux etc: In edit: Opp: Alberti M. Lugdun: 1651. Fol: post pag: 462 exstat T: XX, de autore hujus Operis dicit Quetif Script: Ord: Prædic: T: I. p: 177. "Tertium hujus tomi opus Biblia Mariana non recenseturinter Alberti opera nec a Laurentio Pignon, nec a Valleoletano, nec quantum mihi sapit, stylum redolet Alberti, eique abjicien, dum etiam videtur: peribionem tamen esto judicium" Cui copiam habet consulat desuper Diarium theolog: Ulmense Hallmichlyr, Anno 1728. p: 561, et Fabricii Judiculum Marianum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

, 459.

2

Antonii de Janua Compendium figurarum moralium.

34a-146b

Antonii de Janua Compendium figurarum moralium & Prologus incipit: "Religiosis viris in Xto dilectis studentibus Neapoli, tani conventus ordinis heremithanum sti Augustini frater Antonius janua ejusdem ordinis salutem in domino. Dilectioni vestre postulata conferens meritu." In hac ipsa prefatione sua opus suum vocat compendium figurarum moralium ordineal, phabetico materias distinguens. Primum capitulum tractat de abstinentia, quod incipit: "Castigo corpus meum 1 Cor. 9. Non est animal adeo indomitum." Incuria autli, brarii, aut bibliopegi ordinem libri maximam partem invertit.

Antonius de Janua Ord: Eremit: S: Augustini floruit 1418, ac in Concilio Constantie contra Hussitas disputavit. Miratur Oudin, gerus Bibl: August: p: 461. Antonium hujus minus esse cognitum; ego vero miror, quod idem Oudinus compendium figurarum moralium attribuat tam Antonio nostro, quam Rampegolo, qui etiam de Janua dictus est, ut videri potest apud eundem l: c: p: 733.

Nota. Jam dudum soboluit mihi quedam predictorum authorem confusio, illorumque, qua ediderc, operum. Casu incidi in Freytagii Apparat: litter: T. II p: 1107. legg: ex quo perspecti titulos: Repertorium Bibliorum, Introductorium in Bibliam, aurea biblia, Directorium Biblie, Figure Bibliorum &c: unum, eundemque designare librum; quibus jam addere libeat cum libro

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

, 460.

figurarum /: Cod: CLXII. n: 2 :/ nostrum Compendium figuranum moralium; nam quæ ibi, dem ex prologo Libri manualis, ac introducto, rii in biblie historias figurasque &c: Frey, tag producit, in nostro ad verbum usque le, gere potes. Unde et Antonium de Janua, et Antonium Rampegolum non duos, sed unum dicito Scriptorem. Vide etiam Denis in, supplementum T. 2 h: p: 230.

B

De laudibus B: V: Mariæ.

147a–161b

De laudibus B: V: Mariæ. Titulum libri, fortasse et nomen stupida bibliopegi ascia rese, cuit; quod reliquum est, sonat: "De XII. proprietatibus celi caput primum." Initium hujus capitis est: "Beata virgo comparatur celo, celum enim dicitur" &c: Comparatur ergo B: Virgo auroræ, soli, lunæ, thymo, colubro, elephanti &c: quemadmodum in voluminoso opere De laudibus B: V: Mariæ Richardi a S. Laurentio Canonici Rothoma, gensis, quod perperam Alberto M: adscriptum inter opera ejus reperitur Tom: XX: Aug: 1651 :/. Ex hujus operis libb: 7. 8. & qst: prior, sens opusculum videtur esse compendium, saltem quod spectat ad materiam; eadem enim comparationes, quæ in nostro breviter, in illo fusius exhibentur; unde illi non inepte nomen de laudibus B: V: M: indidisse mihi videor. Balbinus in Bohemia docta, edit: Ungar. part: 3. p: 114. hinc ejusdem argumenti memorat tractatus, postea, riorem que suspicatur Jacobi de Voragine.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27529

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)